

Lambardi, Girolamo (Hieronymus). Antiphonarium vespertinum dierum festorum totius anni . . . prima pars . . . Venezia, Caenobio Sancti Spiritus. 1597. RISM L366.

**Title:**

ANTIPHONARIVM  
VESPERTINVM  
DIERVM FESTORVM TOTIVS ANNI  
iuxta ritum Romani Breuiarij iussu Pij V. reformati,  
nunc nuper pulcherrimis contrapuntis  
exornatum atque au&cum.  
A REVERENDO D. HIERONYMO  
LAMBARDO  
*Canonico Regulari sancti Spiritus prope Venetas.*  
IN TRES PARTES DISTRIBVTVM  
quarum vna complectitur dies festos domini, altera  
Proprium sanctorum, tertia Commune.  
PRIMA PARS.  
CVM PRIVILEGIO, ET LICENTIA SVPERIORVM.

[Woocut of seated Madonna surrounded by twelve disciples and dove of Holy Spirit overhead]  
Impressum in Cænobio Sancti Spiritus prope Venetas.

---

M. D. X C V I I.

**Dedication:**

ILL.<sup>MO</sup> ET REV.<sup>MO</sup> MARCO CORNELIO | EPISCOPO PATAVINO. | D.  
HIERONYMVS LAMBARDVS | SVMMAM FELICITATEM | A D.O.M. PRECATVR. |

ET si multi quotidie ditissimi, eloquentissimique viri & eximio cui generis splendore, & |  
humanissimis tuis moribus, & incredibili tua doctrina, pietate, religione capti: in am- |  
plissimum tuarum laudum theatrum, ut propensæ suæ erga te voluntati aliqua certe ex |  
parte satisfaciant, ingrediuntur: omnes tamen eò contentos inde egredientes cerno, quod |  
cum rem omnium iudicio difficillimam se ausos animaduertant: vel in prima arena de- |  
ficere, cadere, vinci honestissimum putant, & iure quidem optimò: ijs, enim cum fortunæ, |  
vt aiunt, & naturæ, tum singularis industria, atque ornatissimi animi luminibus tu vnum |  
splendes, quibus vix millesimus quisque felicissimus homo potest gloriari. Quod quidem |  
licet illi omnes, qui te bene norunt, vnam mecum ingenue confiteantur, & quantum apud |  
omnes suauissimis gratiæ igni-bus valeas testificentur: neminem tamen in toto terrarum |  
orbe esse puto, qui mihi præclaro hoc in certamine sit reête conferendus: nam, si te ceteri |  
prædicant, amant, colunt, obseruant, venerantur: ea ego te animi propensione, alacritate, |  
vi admiror; eamque voluptatem ex huiusmodi percipio admiratione, ut me mihi ipse |  
blandissime surripi, mentemque meam totam, & cogitatio-nes omnes in potestate tua esse |  
fentiam. Quare non ceteros ego, qui suas tibi aut dicarunt, aut tuendas commendarunt |  
lucubrations, imitabor: non tibi me meum hoc Antiphonarium aut di-caffe, aut tuendum |  
commendasse: sed vel iamdiu debitum, persoluisse; vel depositum reddi-disse, affirmabo:

nam si tua est arbor, cui debentur fructus, si non tibi iustissime debentur? | Illud vnum acerbe, & grauiter ferro, musicas has Cantiones, & si sacræ sunt, & propterea non | plane te Episcopo religiosissimo, & augustissima tua Basilica indignæ: non ea tamen arte, non | ijs numeris, & modis esse contextas, vnde concentus & te, qui plurimum Musica delectaris, ac | poles, & tuis cantoribus, quos maximo tuo ære hinc, illincque Patauium in Cathedralem tuam | Ædem accersis, digni emanent. Tuæ tamen sunt; & tibi vni multo antequam in lucem prodi-|rent, addiætæ. Quamobrem tua, quæcumque sint, amplectere, tuere, defende, orna. Quod | fane tum facillime, cumulatissimeque præstiteris, cum ex ingenti tuarum virtutum numero, & e summa mea erga te obseruantia, & admiratione effluxisse, memineris. Viue nostræ ætatis. | Mecœnas, & decus: vt & Patauinæ Dicecesi, & Corneliae maiestati, & bonis omnibus, & mihi etiam optimus ille viuat Antistes, cui multo fane plures dignitates meritissimo debentur, quam | vel maxima quæque mortalium auctoritas possit tribuere. Venetijs Kal. Martij. 1597. | [orn.] |

### **Index Prima Pars:**

#### **INDEX EORVM, QVÆ IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.**

In Natiuitate Domini, in primis vesperis.  
in secundis vesperis.  
In festo sancti Stephani, ad Magnificat.  
In festo sancti Ioannis, ad Magnificat.  
In festo Sanctorum Innocentum, ad Magnificat.  
In Circumcisione Domini, in vtrisque vesperris.  
In octaua sancti Stephani, ad vesperras.  
In octaua sancti Ioannis, ad vesperras.  
In octaua Sanctorum Innocentum, ad vesperras.  
In Epiphanie Domini, in vtrisque vesperris.  
In Sabbato Sancto, ad vesperras.  
In Resurrectione Domini.  
In Sabbato in Albis, ad Magnificat.  
In Dominica in Albis.  
In Ascensione Domini, in vtrisque vesperris.  
In festo Pentecostes.  
In festo S. Trinitatis, in vtrisque vesperris.  
In festo Corporis Christi, in vtrisque vesperris.  
[orn.]

### **Contents Prima Pars:**

In Natiuitate Domini. In Primis Vesperis.

Rex pacificus: Magnificatus est cuius vultum desiderat uniuersa terra.  
Magnificatus est: Rex pacificus super omnes reges vniuersæ terræ.  
Completi sunt dies Mariæ: Vt pareret filium suum vniuentum.

Scitote: Quia prope est regnum Dei amen dico vobis quia non tardabit.  
 Leuate capita vestra: Ecce appropriquat redemptio vestra.  
 Ad Magnificat. Dum ortus: Fuerit Sol de cælo videbitis regem regum procedentem a patre tanquam sponsum de thalamo suo.

In Natiuitate Domini. In Secundis Vesperis.

Tecum principium: In die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum ex vtero ante luciferum genuite.  
 Redemptionem: Misit dominus populo suo mandauit in æternum testamentum suum.  
 Exortum est: In tenebris lumen rectis corde misericors et miserator et iustus dominus.  
 Apud dominum: Misericordia est et copiosa apud eum redemptio.  
 De fructu: Ventris tui ponam super sedem tuam.  
 Ad Magnificat. Hodie: Christus natus est hodie Saluator apparuit hodie in terra canunt angeli lætantur archangeli hodie exultant iusti dicentes Gloria in excelsis deo alleluia.

In Festo Sancti Stephani.

Pro S. Stephano comme. Stephanus autem: Plenus gratia et fortitudine faciebat signa magna in populo.  
 Ad Magnificat. in Secundis Vesperis. Sepellerunt Stephanum: Viri timorati et fecerunt planctum magnum super eum.

In Festo Sancti Iohannis.

Pro S. Johanne comme. Ille est Johannes: Qui supra pectus domini in cæna recubuit beatus apostolus cui reuelata sunt secreta cælestia.  
 Ad Magnificat in Secundi Vesperis. Exiit: Sermo inter fratres quod discipulus ille non moritur et non dixit Jesus Non moritur sed Sic eum volo manere donec veniam.

In Festo Innocentum.

Pro Innocentibus comme. Hi sunt: Qui cum mulieribus non sunt coquinati virgines enim sunt et sequuntur agnum quocumque ierit.  
 Ad Magnificat in Secundi Vesperis. Innocentes pro Christo: Infantes occisi sunt ab iniquo rege læctentes interficti sunt ipsum sequuntur agnum sine macula dicunt semper gloria tibi domine.

In Circuncisione Domini. In Vtrisque Vesperis.

O Admirabile commercium: Creator generis humani animatum corpus sumens de virgine nasci dignatus est et procedens homo sine semine largitus est nobis suam deitatem.  
 Quando natus es: Ineffabiliter ex virgine tunc impletæ sunt scripturæ sicut pluua in vellus descendisti ut saluum faceres genus humanum te laudamus Deus noster.  
 Rubum quem viderat Moyses: In combustum conferuatam agnouimus tuam laudabilem virginitatem Dei genitrix intercede pro nobis.

Germinauit radix Jesse: Orta est stella ex Jacob virgo peperit Saluatorem te laudamus  
Deus noster.

Ecce Maria: Genuit nobis Saluatorem quem Johannes videns exclamauit dicens Ecce  
agnus Dei ecce qui tollit peccata mundi alleluia.

Ad Magnificat in Primis Vesperis. Propter nimiam: Charitatem suam qua dilexit nos  
Deus filium suum misit in similitudinem carnis peccati alleluia.

Ad Magnificat in Secundis Vesperis. Magnum: hæreditatis mysterium templum Dei  
factus est vterus nesciens virum non est pollutus ex ea carnem assumens omnes gentes  
venient dicentes Gloria tibi domine.

In Oœtaua S. Stephani.

Lapidauerunt Stephanum: Et ipse inuocabat dominum dicens ne statuas illis hoc  
peccatum.

Lapides torrentis: Illi dulces fuerunt ipsum sequuntur omnes animæ iustæ.

Adhæsit anima mea post te: Quia caro mea lapidata est pro te deus meus.

Stephanus: Vedit cœlos apertos vidit et introiuit beatus homo cui cœli patebunt.

Ecce video: Cœlos apertos et Jesum stantem a dextris virtutis Dei.

In Oœtaua S. Iohannis.

Valde honorandus est: Beatus Johannes qui supra pectus domini in cœna recubuit.

Hic est discipulus ille: Qui testimonium perhibet de his et scimus quia verum est  
testimonium eius.

Hic est discipulus meus: Sic eum volo manere donec veniam.

Sunt de hic stantibus: Qui non gustabunt mortem donec videant filium hominis in regno  
fuo.

Ecce puer meus: Electus quem elegi posui super eum spiritum meum.

In Oœtaua SS. Innocentum.

Herodes iratus: Occidit multos pueros in Bethlehem Judæ civitate Dauid.

Abimat et infra: Occidit multos pueros Herodes propter dominum.

Angelis eorum: Semper vident faciem patris.

Vox in rhama audita est: Ploratus et vulnus Rachel plorans filios suos.

Sub throno dei: Omnes sancti clamant Vindica sanguinem nostrum deus noster.

In Epiphania Domini. In Vtrisque Vesperis.

Ante luciferum genitus: Et ante sæcula dominus flauator noster hodie mundo apparuit.  
Venis lumen tuum: Ierusalem et gloria domini super te orta est et ambulabunt gentes in  
lumine tuo alleluia.

Apertis thesauris suis: Obtulerunt Magi domino aurumtus et myrrham alleluia.

Maria et flumina: Benedicite dominum hymnum dicite fontes domino alleluia.

Stella ista: Sicut flamma coruscat et regem regum Deum demonstrat Magi eam viderunt et  
magno regi munera obtulerunt.

Ad Magnificat in Primi Vesperis. Magi: Videntes stellam dixerunt adiuicem hoc signum magni regis est eamus et inquiramus cum et offeramus ei munera aurumtus et myrrham.

Ad Magnificat in Secundis Vesperis. Tribus miraculis: Ornatum diem sanctum colimus hodie stella Magos duxit ad praesepium hodie vinum ex aqua factum est ad nuptias hodie a Johanne Christus baptizari voluit vt saluaret nos alleluia.

In Sabbato Sancto. Ad Vespertas.

Alleluia: Alleluia Alleluia.

Ad Magnificat. Vespere autem sabbathi: Quae luce scit in prima sabbathi venit Maria Magdalene et altera Maria videre sepulcrum alleluia.

In Resurrectione Domini.

Angelus autem domini: Descendit de caelo et accedens reuoluit lapidem et sedebat super eum alleluia

Et ecce terremotus: Factus est magnus angelus enim domini descendit de caelo alleluia.

Erat autem: Aspectus eius sicut fulgur vestimenta eius sicut nix alleluia.

Præ timore autem eius: Exterriti sunt custodes et facti sunt velut mortui alleluia.

Respondens autem angelus: Dixit mulieribus nolite timere scio enim quod Jesum quæritis alleluia.

Loco Cap. et Hym. canitur. Haec dies: Quam fecit dominus exultemus et lætemur in ea.

Ad Magnificat. Et respicientes: Viderunt reuolutum lapidem erat quippe magnus valde alleluia.

In Feria ii. Qui sunt hi sermones: Quos confertis ad inuicem ambulantes et etsi tristes alleluia.

In Feria iii. Videte manus meas: Et pedes meos quia ego ipse sum alleluia.

In Sabbatho in Albis.

Ad Magnificat. Cum esset fero die illa: Una sabbatorum et fores essent clause ubi erant discipuli congregati in unum stetit Jesus in medio et dixit eis Pax vobis alleluia.

In Dominica in Albis.

Alleluia: Alleluia alleluia.

Ad Magnificat. Post dies octo: Ianuis clausis ingressus dominus dixit eis Pax vobis alleluia.

In Ascensione Domini. In Vtrisque Vesperis.

Viri Galilaei: Quid aspicitis in caelum Hic Jesus qui assumentus est a vobis in caelum sic veniet alleluia.

Cumque: Intuerentur in caelum euntem illum dixerunt alleluia..

Eleuatis manibus: Benedixit eis et ferebatur in caelum alleluia.

Exaltate: Regem regum et hymnum dicite deo alleluia.  
 Videntibus illis: Eleuatus est et nubes suscepit eum in cælo alleluia.  
 Ad Magnificat in Primis Vesperis. Pater: Manifestauit nomen tuum hominibus quos  
     dedisti mihi nunc autem pro eis rogo non pro mundo quia ad te venio alleluia.  
 Ad Magnificat in Secundis Vesperis. O Rex gloriæ: Domine uirtutum qui triumphator  
     hodie super omnes cælos ascendisti ne derelinquas nos orphanos sed mitte promissum  
     patris in nos spiritum ueritatis alleluia.

In Festo Pentecostes.

Dum complerentur: Dies pentecostes erant omnes pariter in eodem loco alleluia.  
 Spiritus domini. Repleuit orbem terrarum alleluia.  
 Repleti sunt: Omnes spiritu sancto et cæperunt loqui alleluia.  
 Fontes et omnia: Quæ mouentur in aquis hymnum dicite Deo alleluia.  
 Loquebantur: Varijs linguis apostoli magnalia Dei alleluia.  
 Ad Magnificat in Primis Vesperis. Non vos relinquam orphanos: Alleluia vado et venio  
     ad vos alleluia et gaudebit cor vestrum alleluia.  
 Ad Magnificat in Secundis Vesperis. Hodie completi sunt: Dies Pentecostes alleluia hodie  
     spiritus sanctus in igne discipulis apparuit et tribuit eis charismatum dona misit eos in  
     vniuersum mundum prædicare et testificari qui crediderit et baptizatus fuerit saluus erit  
     alleluia.  
 In Feria ii. Si quis diligit me: Sermonem meum seruabit et pater meus diligit eum et ad  
     eum veniemus et mansionem apud eum faciemus alleluia.  
 In Feria iii. Pacem relinquo vobis: Pacem meam do vobis non quomodo hic mundus dat  
     ego do vobis alleluia.

In Festo S. Trinitatis. In Vtrisque Vesperis.

Gloria tibi Trinitas: Aequalis vna deitas et ante omnia fæcula et nunc et in perpetuum.  
 Laus et perennis gloria: Deo patri et filio sancto simul paraclito in fæculorum fæcula.  
 Gloria laudis: Resonet in ore omnium patri genitæque proli spiritui sancto pariter resulet  
     laude perenni.  
 Laus deo patri: Parilique proli et tibi sancte studio perenni spiritus nostro resonet ab ore  
     omne per ævum  
 Ex quo omnia: Per quem omnia in quo omnia ipsi gloria in fæcula.  
 Ad Magnificat in Primis Vesperis. Gratias tibi deus: Gratias tibi vera vna Trinitas Vna et  
     summa deitas Sancta et vna vnitatis.  
 Ad Magnificat in Secundis Vesperis. Te deum patrem in genitum: Te filium vnigenitum  
     te spiritum sanctum paraclitum sanctam et indiuiduam Trinitatem toto ore et corde  
     confitemur laudamus atque benedicimus tibi gloria in fæcula.

In Festo Corporis Christi. In Vtrisque Vesperis.

Sacerdos in æternum: Christus dominus secundum ordinem Melchisedech panem et vinum  
     obtulit.  
 Miseratur dominus: Escam dedit timentibus se in memoriam suorum mirabilium.

Calicem: Salutaris accipiam et sacrificabo hostiam laudis.  
 Sicut nouellæ oliuarum: Ecclesiæ filij sint in circuitu mensæ domini.  
 Qui pacem: Ponit fines ecclesiæ frumenti adipe satiat nos dominus.  
 Ad Magnificat in Primis Vesperis. O Quam suauis est domine spiritus tuus qui ut  
 dulcedinem tuam in filios demonstra res pane suauissimo de cælo præstito esurientes  
 reples bonis fastidiosos diuites dimittens inanes.  
 Ad Magnificat in Secundis Vesperis. O sacrum conuiuum: In quo Christus sumitur  
 recolitur memoria passionis eius mens impletur gratia et futuræ gloriæ nobis pignus  
 datur alleluia.

**Choirbook:**

PRIMA PARS. A-L<sup>6</sup>, M<sup>2</sup> 136pp. (68 folios). Dedication. Index. [2 blank pp. at end]

**Remarks:**

Secondo format. Copy consulted: D-Mbs (microfilm). RISM L366.